



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Michaelis Dilherri Contemplationes, Et Suspiria
Hominis Christiani**

Dilherr, Johann Michael

Norimbergae, 1660

XXXIX. De Dei, ad peccata remittenda, promtitudine; &, pro eorundem
remissione, gratiarum actione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10209

Ne longè facias miferationes tuas
à me: misericordia tua, & veritas tua
semper custodiant me. In te, Domi-
ne! speravi, non confundar in æter-
num.

CONTEMPLATIO-
NUM ET SUSPIRIO-
RUM HOMINIS
CHRISTIANI

XXXIX.

*De Dei, ad peccata remit-
tenda promptudine, & pro eo-
rundem remissione, gratia-
rum actione.*

Quis desperet ab eo veniam, qui
in litteris Propheticis toties ul-
trò invitat peccatores ad pœniten-
tiā, clamans; se nolle mortem pec-
catoris; sed magis, ut convertatur &
vivat?

Tum, quām parata sit apud se veniam
resipiscētibus, multis parabolis no-
bis inculcavit, per Unigenitum suum:
velut

velut drachmæ perditæ & inventæ;
ovis ab errore humeris reductæ : sed
evidentiùs filii prodigi : cuius imagi-
nem in me prorsus agnosco. Tām
promtus ad peccandum est nemo: qvin
tu, Deus optime & clementissime! ad
peccatum in tempore condonandum
sis longè promptior.

Miserator & misericors est Dominus,
tardus ad iram, & multūm misericors.

Non in perpetuum contendit, neq;
in æternum irascitur.

Qvoniā sicut altius est cœlum
terra : sic prævalere fecit misericor-
diam suam super me.

Quantū distat Ortus ab Occidente;
tām longè fecit à me iniqvitates meas.

Qvomodo miseretur pater filio-
rum : ita misertus mei est Dominus.

Lavit me ab iniqvitate mea : à pec-
cato meo mundavit me. Cognovit
ipse figmentum nostrum : recordatus
est, qvōd pulvis sum.

Qvare tristis es, anima mea! & qva-
re conturbas me? Revertere, anima
mea! in reqviem tuām, qvia Dominus

O 6 bene-

324 CONTEMPLATIONES

benefecit tibi : eripuit animam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

Beati, qvorum remissæ sunt iniqüitates, & qvorum tecta sunt peccata! Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum!

Exultate justi, in Domino; rectos decet collaudatio.

Gustate & videte; qvoniā svavis est Dominus: beatus vir, qvi sperat in eo.

Benedic, anima mea! Domino; & omnia, qvæ intra me sunt, nomini sancto ejus: qvi propitiatur omnibus iniqvitatibus tuis; qvi sanat omnes infirmitates tuas; qvi redimit de interitu vitam tuam; qvi coronat te misericordiâ & miserationibus.

Bonitas & misericordia subsequentur me, omnibus diebus vitæ meæ; & habitabo in domo Domini, in longitudine dierum.

Obsecro te, & obtestor, Deus! per mortem Unigeniti tui dilecti; imperti mihi Spiritum tuum; qvi purificet cor meum, suâq; gratiâ confirmet; ne relabar,

de
des

qvi-
ata!
ni-

tos

est
o.
&
in-
ni-
fir-
itu
or-

en-
&
ji-

er
rti
or
c-
r,
labar eò per incitantiam meam, undè sum à tua clementia revocatus.

Cor mundum crea in me, Deus!
& Spiritum firmum renova intra me.
Redde mihi gaudium salutis tuæ; &
Spiritum ingenuitatis sustenta me.

Lava me qvotidiè, qvotidiana peccata condonando: transfer me à paludibus seculi hujus, & luto vitæ præsentis, ad purissimum gloriæ tuæ regnum; ubi nemo immundus; ubi nullo amplius opus est lavacro, configuratio corpore claritatis tuæ corpori nostro.

Necesse est, ut impleas, secundùm promissa tua, & hoc, qvod cœpisti in me, bonum opus, & perficias solidesq; per Christum, unicum Dominum & Salvatorem nostrum. Amen.

CONTEMPLATIO- NUM ET SUSPIRIO- RUM HOMINIS CHRISTIANI XL.

*De digna ad S. Synaxin
præparatione.*

O 7. Introi-